UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R. D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor Hebdomadis accomodati: Sed & Concionvm Fvnebrivm materiam abundè suppeditant

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

Approbatio.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56277

Visual Library

APPROBATIO.

NOs infra ſcripti Doctores SS. Theologiæ in alma Vniuerſitate Pariſienſi, deputati à dicta Vniuerſitate ad legendum, examinandum, & viſitandum libros, notum facimus legiſſe & viſitaſſe CONCEPTVS THEOLOGICOS ſuper quatuor hominis nouiſſima, &c. Authore M. PETRO de BESSE, Doctore dictæ facultatis, neque in eis quidquam reperiri, quod Sacris litteris, Canonib. & traditionibus Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ Rom. contrarietur, ſed ob inſignes conceptus, meditationeſq; eruditione & pietate pleniſſimos, dignos, qui prælo mandentur. Datum Pariſiis, 1. Iulij, Anno 1616.

A. Soto.
Io. Dauid.

CARMEN
ad Librum.

QVid portat nouus hic noui libellus?
Inſtructore nouo, nouo paratu,
Donatus nouiter latinitate.
Antiquiſſima continet nouorum,
Et nouiſſima continet nouorum,
Quæ currente die nihil ſeneſcunt,
Sed priſcis noua patribuſq; auibuſq;.
Et ſeris noua filijs videntur:
Nam Nouiſſima ſunt Nouiſſimorum.

ALIVD.

IAmne iterum volucres cœlo venére quadrigæ.
Et via ſidereis panditur alta iugis?
Flammea Thesbyten rapuere vehicla, ſed ô quid?
Falſi retrogradas credimus ire rotas?
Eſt nouus hic currus, faber & nouus, inſide vector
Vt nouus à Beſſo ſede locere noua.

ALIVD.

QVis tantas fieri putet quadrigas?
Aut molem quatuor ſtrui rotarum?
Perterram ac tumulos vagatur vna,
Immitti fodiens ſepulchra cantho.
Currit per medias ſecunda nubes,
Anceps iudicij vehens tribunal.
Carnes tertia conterit ſub Orco,
Flammarum tribulis, rubiſq; mixtas,
Quæ quarta eſt, areas poli pererrat,
Triturans patientiæ ſementem.

I. T.

ARGV-